ROBERTUS Dei gracia Rex Scotorum Omnibus probis hominibus tocius terre ſue Salutem. Cum dudum tempore clare memorie dni Avunculi et Predeceſſoris nri Domini, David Illuſtris regis Scocie, Nos adtunc Seneſcallus Scotie et comites Stratherne, dederimus, & conceſſimus hereditarie, Roberto de Erſkin militi dilecto conſanguineo nro terras nras de Neſbitt & de Edinhame cum pertinen. per cartam nram tenoris et continencie qui ſequuntur. Omnibus hanc cartam viſuris vel audituris, Robertus Seneſcallus Scocie, et Comes de Statherne, ſalutem in dno ſempiternam noverit Univerſitas vra, nos dediſſe conceſſiſſe et hac preſenti carta nra. confirmaſſe dilecto & fideli nro. Domino Roberto de Erſkin militi, & dne Criſtiane de Ketht, Sponſe ſue, & eorum diucius viventi omnes terras noſtras de Neſbitt, et de Edinhame cum pertinen. infra vicecomitatum, de Roxburgh. Tenendas & habendas predictis Dno Roberto et dne Criſtiane Sponſe ſue et eorum diucius viventi ac heredibus maſculis inter ipſos procreatis ſeu procreandis quibus forſitan dibus ltmis et propinquioribus ipius dne Criſtiane de nobis et heredibus nris in feodo et hereditate per omnes rectas, metas et diviſas ſuas libere et quiete, plenarie et honorifice bene & in pace in boſcis, & planis, viis & ſemitis, moris, mareſiis et petariis, pratis paſcuis, et paſturis, aquis, ſtagnis & vivariis, molendinis, braſinis et aliis officiis cum eorum multuris et ſequelis, cum advocationibus Eccleſiarum et Hoſpitalium, ſi que fuerint cum tenandiis et ſerviciis liberetenencium cum bondis, bondagiis et nativis, ac eorum ſequelis, cum aucupacionibus, venatis et piſcat. et cum omnimodis aliis libertatibus, commoditatibus, et aiſiamentis tam non nominatis quam nominatis tam procul quam prope tam ſub terra quam ſupra terram ad predictas terras cum pertinen. ſpectan. ſeu Juſte ſpectare valentibus in futurum faciendo inde predicts dns. Robertus et dna Chriſtiana et eorum diucius vivens ac heredes ſui predicti forinſecum ſervicium dni. nri. Regis quantum pertinet ad predictas terras, et reddendo nobis et heredibus nris. annuatim unum denarium Argenti apud Neſbitt ad finem pontis ſi petatur nomine Albe firme tantum pro omnimodis aliis ſerviciis exactionibus conſuetudinibus, ſeu demandis que per nos, vel heredes nros, de predictis terris cum pertinen. exigi poterunt aliqualiter vel requiri: Et nos predict. Robertus Seneſcallus Scocie, et heredes nri. predictas terras de Neſbitt et de Edinhame cum pertinen. predict. dno. Roberto et domine Chriſtiane ſponſe ſue et eorum diucius viventi et ſuis heredibus prenotatis contra omnes homines et feminas warrantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus. In cujus rei teſtimonium preſenti carte nre. ſigillum noſtrum eſt appenſum. Teſtibus venerabilibus in Chriſto Patribus Dominis Willielmo et Patricio Cancellario Scocie eccleſiarum Sanctiandr. & Brechinen. Dei Gratia Epiſcopis Reverendis et Religioſis viris. dnis Johanne Willielmo et Johanne de ling de Scona et Inſule miſſarum eadem gracia, Abbatibus Nobilibus viris Johanne Seneſcalli dno. de Kile primogenito noſtro, *Roberto Seneſcalli filio nro. dno. de Menteith* dnis. Thoma Biſſate, David de Graham, Archibaldo de Douglas, Hugone de Eglintoun, Johanne Seneſcalle fratre nro, David Flemyng et Thoma de Fawſyde militibus Johanne de Erth, Johanne de Ros Armigeris, Johanne Marcier & Johanne Gille burgen. de Perth, et multis aliis. Noveritis non ſuper hoc diligenti tractatu prehabito

{Adv. Library, A. 1. 38.}

cum predictis Roberto et Criſtiana nriq. in hac majori utilitate penſata dediſſe conceſſiſſe, & hac preſenti carta nra. confirmaſſe, eiſdem Roberto de Erſkin et Chriſtiana ſponſe ſue centum libras Sterlingorum, de firmis burgi de Abirdene nobis debitis annuatim, In excambium pro dicte Baronie de Edinhame cum pertinen. quam in manibus nris. dictus Robertus ſurſum reddidit ac pure et ſimpliciter reſignavit ac totum Jus, et clameum que in dicta Baronia de Edinhame habuit, ſeu habere poterit, in futurum pro ſe, et pro dicta Chriſtiana, ſponſa ſua, et pro eorum heredibus, omnino quiete clamavitim perpetuum. Tenendas habendas et percipiendas dictas centum libras annuatim eiſd. Roberto et Chriſtianæ et eorum, diucius viventi heredibuſque inter ipſos procreatis ſeu procreandis et ipſis forte deficientibus, veris et ltmis. heredibus prefate Chriſtiane in feodo et hereditate libere quiete, plenarie, et honorifice quoufque nos vel heredes nri, dictos Robertum et Chriſtianam et eorum heredes predictos de centum libratis terre infra partes inferiores Vicecomitatum de Abirdene de Kincardin de Forfare, de Perth de Fiffe, de Clakmannan, de Striveling, vel de Edinburgh, infeodavimus vel infeodaverunt hereditarie, ut ſupra in loco competenti ſub eiſdem forma effectu et conditione, ac per eaſdem libertatem, et warrontizationem, quibus idem Robertus et Chriſtiana et heredes ſui infeodati fuerunt in Baronia de Edinhame ſupradicta ut pr. per tenorem carte ſupraſcript Reddendo nobis et heredibus nris. annuatim prefati Robertus et Chriſtiana, et eorum diucius vivens et heredes ſui ſupradicte de prefatis, centum libris annuis de firmis dicti Burgi de Abi

percipiendis unum denarium argenti tantum, apud Aberdine ad finem pon. nomine Albe firme prout ſolummodo ſecundum tenorem carte predicte pro Baronia de Edinhame reddere tenebantur: Et nos eciam exhabundanti et heredes nri. prefatas centum libras annuas percipiendas ut ſupra prefatis Roberto et Chriſtiane, et eorum diucius viventi, ac eorum heredibus ſupradictis warrantizabimus acquietabimus, & imperpetuum defendemus, ſecundum quod prefatam Baroniam de Edinhame, per eandem, priorem cartam nram, ſupradictam facere tenebamur; Conceſſimus eciam eiſdem Roberto et Chriſtiane et heredibus ſuis, in caſu quo ballivi dicti burgi nri. de Abirdine ipſis Roberto et Chriſtiane aut ſuis heredibus predictis promptam ſolucionem, annuatim de dictis centum libris ad terminos ſupradictos non fecerunt, ut licitum ſit ipſis Roberto et Chriſtiane, et heredibus ſuis predictis ipſe vel ipſis, viz. cujus vel quorum tunc intererit, diſtringere et namare dictum burgum, pro ipſa pecunia tunc deficiente eodem modo quo diſtringerent ſeu namarent terram ſuam propriam pro firma ſua ſine licencia nri. cujuſcunque miniſtri. In cujus rei teſtimonium preſenti carte nre. nrm. precimus apponi ſigillum, Teſtibus venerabilibus patribus Willielmo Sanctiandr. Michaele Dunkelden. Alexandro Abirdonen. Alexandro Moravien, Patricio Brechinen. Alexandro Roſſen Malcolmo Cathanen. Dei gracia Eccleſiarum Epiſcopis; primogenito nro. Johanne Comite de Carrik Seneſcallo Scocie *Roberto Comite de Fiffe & de Menteth Alexandro dno. de Badzenach* David Comite de Strathern filiis nris. chariſſimis Willmo. de Douglas Georgio de Dunbar Matthio Johanne de Dunbar Moravie Comitibus; dilectis conſanguineis nris. Johanne de Carrik Canonico Glaſguen. Cancellario nro. Waltero de Bigar, Rectore Eccleſie de Eroll. Camerario nro, Jacobo de Lindeſay nepote nro, Archibaldo de Douglas Willmo. de Keith Mariſcallis nro. Scocie, Hugone de Eglintoun, et Dunecano Walais militibus parliamento nro. Tento apud Sconam die tercio Menſis Aprilis Anno Regni nri. tercio.

APPENDIX

APPENDIX XVI.

I.

UNIVERSIS Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſentes literæ pervenerint, Alexander, permiſſione Divina, Eccleſiæ Morav. miniſter humilis ſalutem ſempiternam, noverit univerſitas veſtra, nos de conſilio et aſſenſu, Decani, et Capituli Eccleſiæ noſtræ predictæ, utilitate communi penſata, et habito, ſuper hoc prius diligenti tractatu, dediſſe, conceſſiſſe, et ad feodam firmam dimiſſe, magnifico, nobili, et potenti Domino, Alexandro Seneſcalli, Comiti Buchan, Domino de Roſs, et de Badenach, locum tenenti Domini noſtri Regis, ac Juſticiario, ex parte Borcali aquæ de Forth, pro ſuis multiplicibus beneficiis, &c. Dimidiam davacam terræ, &c. Advocates Library, A. 1. 40. fol. 98.

II.

CHRISTI nomine invocato, nos Alexander, et Alexander Dei Gracia Morav. et Roſſen. Eccleſiæ Epiſc. Dyoceſani partium ſubſcriptarum judiceſque ordinarii ſedantes, pro tribunale, et habentes præ oculis zelum Dei de peritorum conſilio, quibus hæc omnia communicavimus, auditis et intellectis, que utraque pars contra aliam proponere voluit, et attendo modo agendi, pronunciamus, decernimus, et declaramus, in hiis ſcriptis, Dominam Eufamiam Commiſſam Roſſiæ reſtituendam eſſe, Domino Alexandro Seneſcalli Comiti Buchanie, et Domino de Roſs, tanquam viro ſuo et marito; una cum poſſeſſionibus ſuis, et quantum de jure poſſumus, reſtituimus, tractandum maritali affectione, honeſte in lecto, et in menſa, in victu, et veſtitu, et aliis univerſis, ſecundam decentiam ſui Status maritalis, &c. Advocates Library, A. 1. 40. fol. 101.

III.

Original Charter in the Laigh Parliament Houſe.

ROBERTUS, Dux Albaniæ, Comes de Fife, et de Menteth, ac Regni Scotiæ Gubernator; omnibus probis hominibus, totus regni predicti, Clericis, et Laicis, ſalutem, Sciatis, nos dediſſe, conceſſiſſe, et hac præſenti carta noſtra confirmaſſe, cariſſime nepti noſtre Eufamie de Leſley, filie et heredi quond. Alexandri de Leſley Comitis de Roſſe, Totum et integrum, Comitatum de Roſſe, Totas et integras de Straglaſche Totas et integras terras ville de Narne, cum caſtro ejuſdem jacent. infra Vicecomitatum de Invernys, Totas et integras terras Baronie de Kincardin, cum pertinentiis, jacentes infra Vicecomitatum ejuſdem, ac totum jus et clameum Baronie de Fythkill, cum pertinentiis, infra Vicecomitatum de Fyfe. Qui que et quod fuerunt dicte Euphamie hereditarie; Et quem quas et quod eadem Eufamia non vi, aut metu, ducta nec errore lapſa, ſed mera et ſpontanea voluntate ſua, in ſua pura et integra virginitate, in præſentia venerabilium in Chriſto patrum, Domini Finlai Epiſcopi Dumblanen. et Patricii Abbatis de Cambuſkyneth, Joanne Steuart de Dundonalde, fratris noſtri naturalis, Willielmi de Erth, et Willielmi de Hamiltoun militum, Patricii de Abernethe nepotis noſtri, Joannes de Buſby Cancellarii Glaſguenſis, Joannis de Corntoun Vicarii de Strivelyne, et Archibaldi de Conyngham, ac multorum aliorum, in Caſtro de Strivelyne, die Mercurii duodecimo, die Menſis Junii ultima, preterit. in manus noſtras per fuſtum et baculum perſonaliter ſurſum reddidit, puraque ſimpliciter reſignavit, ac totum jus et clameum, que in dictis comitatu, terris, et caſtro, cum pertinentiis habuit, ſeu habere poterit, pro ſe, et heredibus ſuis omnino quiet. clamavit, imperpetuum Tenend. et Habend. totum et integrum predictum comitatum de Roſs, una cum omnibus et ſingulis prenominatis terris, cum pertinentiis, predicte Eufamie, et heredibus ſuis, de corpore ſuo legitime procreandis; quibus forte deficientibus, Joanni Steuart Comiti Buchanie, filio noſtro cariſſimo, et heredibus ſuis maſculis, de corpore ſuo legitime procreatis, ſeu procreandis; quibus forſan deficientibus, Roberto Steuart, fratri ſuo germano, et heredibus ſuis maſculis, de corpore ſuo legitime procreatis ſeu procreandis: Quibus forſitan deficientibus, Domino noſtro Regi, et heredibus ſuis Regibus Scotiæ, de Domino noſtro Rege, et heredibus ſuis, in feodo et hereditate, imperpetuum per omnes rectas metas ſuas, antiquas et diviſas in boſcis, planis, moris, mareſiis, viis, ſemitis, aquis, ſtagnis, pratis, paſcuis, et paſturis, molendinis, multuris, et eorum ſequelis, aucupationibus, venationibus, et piſcariis, petariis, turbariis, et carbonariis, cum curiis, eſchætis et curiarum exitibus, cum tenendiis et liberè tenentium ſervitiis, cum feodis et foris facturis, cum eccleſiarum et capellaniarum advocationibus, cum bondis, bondagiis nativis et eorum ſequelis, cum furca et foſſa, ſok, ſake, thole, theme, in ſang and theif, & out ſang and thief; Et cum omnibus aliis, et ſingulis libertatibus, commoditatibus, et aviſiamentis, ac juſtis pertinentiis quibuſcunque, ad predict. Comitatum, terras et caſtrum, cum pertinentiis ſpectantibus, ſeu juſte ſpectare valentibus, quomodo libet in futurum, adeo libere et quiete, plenarie, integre honorifice bene

et in pace, et in omnibus et per omnia, ſicut dicta Eufamia, aut predeceſſores ſui predict. Comitatum, terras et caſtram, cum pertinentiis, de Domino noſtro Rege, aut predeceſſoribus ſuis, ante dictam reſignationem, nobis inde factam liberius, tenuit, ſeu poſſedit, tenuerunt, ſeu poſſederunt; Faciendo inde Domino noſtro Regi, et heredibus ſuis, predicta Eufamia, et heredes ſui predicti: Quibus forte deficientibus, dictus Joannes Comes Buchanie, et heredes ſui predicti, quibus forſitan de fecientibus dictus Robertus et hæridis ſui ſupra dicti de dictis Comitatu, terris, et caſtro, cum pertinentiis, ſervitia, debita, et conſueta. In cujus rei teſtimonium, preſenti carte noſtre, magnum ſigillum officii noſtri apponi precepimus. Teſtibus reverendis in Chriſto patribus, Gilberto Epiſcopo Aberdonen. Cancellario Scotiæ, et Waltero Epiſcopo Brechinen. venerabile patre Johanne Abbate Monaſterii Sanctæ Crucis de Edinburgh, Willielmo Domino de Graham, Johanne de Setoun, Waltero Steuart de Railſtoun, Johanne Forſtarae de Corſtorphine Militibus, Johanne Steuart de Dundonalde fratre noſtro naturali, Alexandro de Setoun de Gordoun, Patricio de Ogilvile, et Andrea de Hawick, rectore de Liſtoun Secretario noſtro apud Perth, quinto decimo die menſis Junii, Anno Domini 1415, et noſtro gubernationis anno decimo.

That what is contained on this, and the preceding page, is a full copy of the original Charter, lying in his Majeſty's General Regiſter-houſe, at Edinburgh, is atteſted by me, Keeper of the Records there, the ſame being examined, collated, or compared at the ſight, and by the aſſiſtance of Robert Jamieſon, Notary Publick.

(Signed) ALEXANDER ROBERTSON,
ROBERT JAMIESON, Not. Pub.

APPENDIX XVII.

I.

ROBERTUS, &c. Sciatis nos dediſſe, &c. dilecto filio noſtro, Jacobo de Douglas de Lydaliſdale militi, filio kariſſimi Conſanguinei noſtri Willielmi Comitis de Douglas & de Marr, ducentas marcas Sterling. &c. teſtibus ven. in Chriſto patribus, Willielmo et Johanne Canc. noſtro Sancti Andreæ & Dunkel. Eccleſiarum Roll 5. No. 91.

rum Epiſcopis, Johanne premogenito noſtro de Carrik ſen. Scotiæ Roberto de Fyf & de Menteth, filio noſtro dilecto, Willielmo de Douglas & de Marr, Conſangueneo noſtro comitibus; Jacobo de Lendeſay Nepote noſtro kariſſimo, & Alexandro de Lyndeſay Conſanguineo noſtro militibus. Apud Edin. 15 die menſis Maii, anno Regni noſtri 10.

II.

Roll 7. No. 34. ROBERTUS, &c. Sciatis nos dediſſe, &c. dilecto conſanguineo noſtro, Henrico de Douglas militi, annuos redditus ſubſcriptos, &c. Teſtibus ven. in Chriſto Patribus, Willielmo & Johanne Canc. noſtro Sancti Andree & Dunkelden. Eccleſiarum Epiſcopis, Joanne primogenito noſtro de Carrik, Roberto de Fif & de Menteth, filio noſtro delecto, Willielmo de Douglas et de Marr, conſanguineo noſtro comitibus, Archibaldo de Douglas & Roberto de Erſkine conſanguineis noſtris, militibus. Apud Edinburgh tertio die Januarii anno regni noſtri tertio decimo.

APPENDIX XVIII.

I.

CHARTULARY OF LENNOX, No. 39.

OMNIBUS hanc Cartam viſuris, vel audituris, Valterus, filius Alani, Dominus de Levinaſe, ſalutem in Domino ſempiternam; Noveritis nos Dediſſe, Conceiſſiſſe, et hac preſenti Carta noſtra, Confirmaſſe, Duncano Naper, Domino Kylmahew, pro homagio, et ſervitio, quond. Johannis Naper, patris ipſius Duncani,

ni, Malcolmo Comiti de Levinax, tempore quo vixerat, Decem Mercatas terræ, atque quartaream terræ de Bullulis, &c. Et nos Valterus, et heredes noſtri, predictas decem Mercatas terræ, &c. prædicto Duncano, heredibus ſuis, et aſſignatis, contra omnes homines, et feminas, Warrantizabimus, &c. In cujus rei Teſtimonium, preſenti Carte, ſigillum fecimus apponi, his Teſtibus, Domino Roberto Daneylſtone militi, Domino Willielmo, filio Ade Rectore Eccleſiæ de Luſſe, Valtero de Buchquhanane, Malcolmo, filio Murdaci, Johanne de Park, cum multis aliis.

II.

CHARTULARY OF LENNOX, No. 41.

OMNIBUS hanc Cartam viſuris, vel audituris, Valterus de Foſſilane, Dominus de Levinax, ſalutem in Domino ſempiternam; Noveritis nos Dediſſe, Conceſſiſſe, et hac preſenti Carta noſtra, Confirmaſſe, dilecto, et fideli noſtro Valtero Domino de Buchanane, Terram de Auchmarr, cum pertinen. &c. In cujus rei Teſtimonium, preſenti Carte noſtre, noſtrum precipimus apponi ſigillum; Teſtibus, nobilibus viris, Domino Johanne de Danyelſtone milite, tunc Vicecomite de Dumbartane, Willielmo de Galbraith, Roberto de Culchone, Murdaco de Levinax, Malcolmo, ſilio Duncani, et Convallo de Aikenhead; apud Bellach, viceſimo die, Menſis Auguſti, Anno Domini Milleſimo tricenteſimo ſeptuageſimo tertio. 20 Auguſt, 1373.

III.

CHARTULARY OF LENNOX. No. 13.

Continued from where it breaks off, in the Caſe for Lady Elizabeth Sutherland, Chap. 5. p. 40.

RETROACTIS.—Et præcipueſi contingat, aliquem hominem ſuum, de comitatu prædicto, per quoſcunque Vicecomites noſtros, aut eorum miniſtros, ad Curiam noſtram vicecomitis arreſtari, pro actione, viz. que in Curia dicti Comitis 1 June, 1384.

poterit,

poterit, et debeat terminari, ipſe vicomes, que contigerit aliquem hujuſmodi arreſtare, incontinenti dictum arreſtatum liberabit, ad Curiam ipſius Comitis, ad ſubeundem ibidem ſuper actione eadem complementum juſtitie, cum per ipſum Comitem, aut ſuum Balivum, debite fuerit requiſitus; Quare, univerſis Vicecomitibus, ceteriſque miniſtris noſtris, quorum intereſt, vel intereſſe poterit, firmiter Damus in mandatum, quatenus prædictam Conceſſionem noſtram præfat. Waltero, et ſuis dictis Hæredibus obſervet, et faciat inviolabiliter obſervari, et hoc ſub pena que incumbit nullatenus omittatis; in cujus rei Teſtimonium, ſigillum, noſtrum, præſenti Carte noſtro, eſt appenſum; apud Caſtrum noſtrum de Rothſay, primo die Junii, anno regni noſtri, quarto decimo; Teſtibus, Venerabili in Chriſto Patre, Johanne Epiſcopo de Dunkelden. Cancellario noſtro, Jacobo de Lindſay nepote noſtro Milite, Celiſtino Campball, Andrea Merſar, et Celeſtino filio Johannis, cum multis aliis.

IV.

CHARTULARY OF LENNOX, No. 113.

ROBERTUS, Dei Gratia Rex Scotorum, omnibus probis hominibus, totius terre ſue, Clericis et Laicis, ſalutem; ſciatis, nos Dediſſe, Conceſſiſſe, et hac preſenti Carta noſtro, Confirmaſſe, Dilecto, et fideli noſtro Duncano Comiti de Levinax, totum Comitatum de Levinax, et Dominium ejuſdem, cum pertinen. Quiquid Comitatus, cum Dominio ejuſdem, fuit dicti Comitis, &c. proceeds on his own reſignation, and contains the following ſubſtitution, in the Tenen. Clauſe. &c. Tenend. et Habend. Dictum Comitatum, et Dominium ejuſdem, cum tenentibus, &c. Dicto Duncano, et Heredibus ſuis maſculis, de corpore ſuo legittime procreatis, ſeu procreandis; quibus forte deficientibus Murdaco Seneſcall, conſanguineo noſtro Cariſſimo, et Iſabelle filiæ dicti Comitis, et eorum diutius viventi, et heredibus inter ipſos legittime procreandis; quibus forte deficientibus, veris legittimis, et propinquioribus heredibus, dicti Duncani quibuſcunque, de nobis, et Heredibus, noſtris in feodo, et hereditate, in perpetuum, per omnes rectas metas, &c. In cujus rei Teſtimonium, preſenti Carte, noſtrum precipimus apponi ſigillum; Teſtibus venerabilibus in Chriſto Patribus, Valtero et Matheo St. Andreæ et Glaſguen. eccleſiarum Epiſcopis, Roberto de Fyfe et de Menteith fratre noſtro Cariſſimo, Archibaldo de Douglas Domino de Galaydie conſanguineo noſtro dilecto Comitibus, Jacobo de Douglas, Domino de Dalkeith, Thoma de Erſkyn Conſanguineis noſtris dilectis Militibus, et Alexander de Cokeburne de Langtoune Cuſtode magni ſigilli noſtri; apud Dumfermling, Octavo die Novembris, Anno Regni noſtri tertio

APPENDIX XIX.

I.

HÆC Inquiſtio facta fuit in Curia Vicecomitatus de Edinburgh, tenta in prætorio Burgi ejuſdem, coram Domino Ludovico Lawder de Overgogar militi vicecomiti principali dict. vicecomitatus, ſpecialiter conſtitut. Magiſtris Lawrentio M'Gill, Joanne Oliphant, Joanne Sandilands Advocatis, et Thoma Young, ſcriba ſigneto regio, vicecomitibus deputatis dict. vicecomitatus, etiam ſpecialiter conſtitut. vigeſimo quinto die menſis Maii, Anno Domini milleſimo ſexcenteſſimo trigeſimo, virtute diſpenſationis, ex deliberatione Dominorum concilii, penes præſens vaccantiarum tempus conceſſ. per hos probos et fideles patriæ viros ſubſcript. viz. Alexandrum Comitem de Eglintoun, Georgium Comitem de Wintoun, Joannem Comitem de Wigtoun, Joannem Comitem de Carrik, Willielmum Vicecomitem de Air, Willielmum Vicecomitem de Drumlangrig, Joannem Dominum Erſkine, Willielmum Dominum de Kilmaurs, Joannem Dominum Roſs de Melvile, Archibaldum Dominum Naper de Merchieſtoun, Joannem Dominum Weymis de eodem, Dominum Jacobum Stewart, militem, Dominum Georgium Towris de Innerleith militem, Dominum Georgium Forreſter de Corſtorphine, Dominum Jacobum Kerr de Crelenghall, qui Jurati, dicunt quod quondam David Comes de Stratherne, abavus attavi nobilis comitis Willielmi nunc comitis de Menteith, præſidis concilii, S. D. N. Regis, Latoris præſentium, obiit, ad fidem et pacem S. D. N. Regis pro tempore exiſten. Et quod dictus Willielmus nunc comes de Monteith, eſt legittimus, et propenquior hæres ejuſdem quond. Davidis comitis de Stratherne, abavi attavi ſui; et quod eſt legittime etatis; In cujus rei teſtimonium, ſigilla quorund. eorum, qui dict. Inquiſitione intererant faciend. una cum brevi regio incluſo, nec non ſigillo officii dict. vicecomitis, et ſigno, et ſubſcriptione manuali, Mri Johannis Oliphant, clerici dict. curiæ, preſentibus ſunt appenſa, anno die menſe et loco præſcript. Book 10. fol. 364.

Alia inquiſitio facta fuit dict. die, et loco, coram dicto judice, et per eaſdem inquiſitionis perſonas, qui jurati dicunt, quod quond. Meliſius Comes de Monteith, proavus abavi Nobilis Comitis Willielmi nunc Comitis de Monteith, in omnibus cum precedente retornatu conveniend. excepto nomine. Book 10. fol. 364.

Idem jurati dicunt, quod quond. Patricius Graham, comes de Stratherne, proavus atavi nobilis comitis Willielmi comitis de Monteeth, ut in precedente excepto nomine.

What

What is above written, is copied from the record of Retours in Chancery, and is a full copy of all that is contained in ſaid record, having a reference to the preceding one, which is copied on the other ſide hereof fully, which is atteſted by me, Keeper of theſe Records, the ſame being examined, collated, and compared at the ſight, and by the aſſiſtance of Robert Jameiſon, Notary Publick.

(Signed) JOHN IRVINE,
ROBERT JAMEISON, Not. Pub.

II.

B. 53. No. 48. CAROLUS, Dei Gratia Magnæ Britanniæ, Franciæ, et Hiberniæ Rex, fideique defenſor, Omnibus probis hominibus ſuis, ad quos preſentes litere pervenerint, Salutem; Sciatis, Quia nos animo noſtro recolen. quod predilectus noſter Conſanguineus et Conſiliarius Willielmus Comes Iaichiæ lie Menteth, Præſes noſtræ Secreti Concilii, de ſervitus, et retornatus exiſtit, indubitatus hæres Sanguinius quond. Davidis Comitis de Stratherne, ſui proavi, proaviæ patris filii legittimi quond. Roberti Regis Secundi noſtri predeceſſoris, felicis memoriæ, Cui quidem, quond Davidi Comiti de Stratherne, et heredibus ſuis, dictus quond. Rex Robertus ſecundus ejus Pater, per duas diverſas Cartas, unum earund de data, apud Edinburgum, decimo nono die meſius Junii, et anno regni ſui primo, et alterum earund. de data, apud Perthum, tertio die menſis Julii, dictoque anno regni ſui primo, diſpoſuit Comitatum de Stratherne, cum omnibus annexis, et pertinen. ejuſdem; *Et quamvis præfatus Willielmus Comes Iaichiæ, tanquam heres prædictus, ad prædictum Comitatum de Stratherne jus bonum haberet, memoratus tamen Comes, ex humili reſpectu, quam erga ſacro ſanctam noſtram perſonam gerit, per literas ſuas Renunciationis, de data vigeſimo——die menſis Januarii, Anno Domini Milleſimo Sexcenteſimo trigeſimo, ac regiſtrat. in generali Regiſtro, Secundo die menſis Martii, proxime ſequent. Renunciavet omne jus, et titulum, quem ad dictum Comitatum de Stratherne, habere potuit*, In favorem noſtrum, et ſucceſſorum noſtrorum, Reſervat. dicto Willielmo Comiti Iaichiæ, terris, et Baronia de Killbryde, aliiſque, in dicta Renunciatione mentionat. Cum hac expreſſa proviſione, quod dicta Renunciatio, non ſit præjudicio dicto Comiti, ſuiſque prædictis, de eorum Jure, et dignitate Sanguinis, ad ipſum tanquam heredem liniæ, præfati quond. Davidis Comitis de Stratherne pertinen. prout dicta Renunciatio, in ſe latius Proportat. Et nos Magnopere volen. quatenus præfatus Willielmus Comes Iaichiæ, he-

redes ſui maſculi, et ſucceſſores, in Jure et titulo Comitatus Ierniæ lie Stratherne, gaudeant, ſuccedant, et fruantur, prædicto titulo, loco, et dignitate, iis debet. per dict. cartas, et inſeofmenta, per dict. quond. Regem Robertum Secundum conceſſ: memorato quond Davidi Comiti de Stratherne, ejus filio, ſuiſque heredibus, ejuſ. Comitatus de Stratherne, in quantum ad titulum, locum, et præcedentiam iis tanquam Comitibus Debit. attint. Igitur, Ratificavimus, approbavimus, tenoreque præſentium pro nobis, et Succeſſoribus noſtris, Ratificamus, et approbamus præfatum titulum, honorem, dignitatem et locum Comitis, præfato Willielmo Comiti Iaichiæ, ſuiſque prædict. debit. virtute dict. Cartarum, per dict. quond. Regem Robertum Secundum, conceſſ. præfato quond. Davidi Comiti de Stratherne, ſuiſque hæredibus, Ac volumus, et concedimus quod, præfatus Willielmus Comes Iaichiæ, hæredeſque ſui maſculi et talliæ dicti Comitatus Taichiæ, Comites Ierniæ et Iaichiæ lie Stratherne et Menteth, omni tempore affuturo, appellentur et vocentur; et quod gaudeant fruantur, et poſſideant præfat. titulum et dignitatem, Comitum Ierniæ et Iaichiæ in omnibus publicis Commitiis, Conventibus, et Parliamentis, omnibuſque aliis Conventionum locis, cum iiſdem priviledgiis, libertatibus, gradibus, et locis, præfato quond. Davidi Comiti de Stratherne, ſuiſque hæredibus, perdict. quond. regem Robertnm Secundum ejus patrem conceſſ. et cum præcedentia, et prioritate ante quaſcunque alias perſonas fact. et Creat. Comites, poſt datam dict. Cartarum, et earum alterius, omneſque alios qui antiquiora infeofmenta, literas paten. et documenta, pro eorum titulo et dignitate Comitatus anteriora dict. cartis, per dict. quond. Regem Robertum, Secundum, prædicto quond. Davidi Comiti de Stratherne conceſſ. producere nequeunt; In cujus rei teſtimonium, præſentibus, magnum Sigillum noſtrum apponi præcepimus; apud Aulam noſtram de Oatlandis, ultimo die menſis Julii, Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo primo, et anno regni noſtri ſeptimo; Per Signaturam S. D. N. Regis ſupraſcriptam, nec non, manibus quorund. Dominorum Scaccarii Commiſſionoriorum ſubſcript.

APPENDIX XX.

I.

CARTA JACOBI STEWART.

JACOBUS, &c. Sciatis nos dediſſe, &c. dilecto avunculo noſtro Jacobo Stewart Militi, & Margarete Ogilvie Sponſe ſue, filie delecte noſtri Alexandri Ogilvie de Uchterhouſe, & eorum alteri diutius viventi, Totas & integras Ter- Book 7. No. 114.

ras Barroniarum de Strathalva & Downe; uno cum Caſtro de Banff, &c. necnon, Terras Dominii de Grandoun Fodirlettir & Alachane, &c. Tenend. & Habend. dictis Jacobo & Margarete Sponſe, ſue & eorum alteri diutius viven. & heredibus inter ipſos legittime procreatis, ſeu procreandis: Quibus forte deficien. veris legittimis et propinquioribus heredibus dicti Alexandri de Ogilvie quibuſcunque; &c. Apud Edinburgh, 1. die menſis Martii, anno Domini 1466, & Regni noſtre 7mo.

II.

Book 8. No. 35.

JACOBUS, Dei Gratia Rex Scotorum, Omnibus probis hominibus totius terre ſue, Clericis, et Laicis, Salutem; Noveritis, quia Alias noſtri tenera in etate, pro vero affectione, quam habuimus, et prout ad preſens habemus, erga dilectum avunculum noſtrum Jacobum Comitem de Buchane. et Dominum de Octerhouſe, Dedimus et Conceſſimus eid. hereditarie, totas et integras terras comitatus Buchanie et Comitatum hujuſmodi jacen. infra vicecomitatum noſtrum de Aberdonen, cum tenentibus tenandriis ac eccleſiarum advocationibus dicti Comitatus, et ceteris pertinentiis ejuſdem, Quem Comitatum de Buchan cum Omnibus ſuis pertinentiis predictis, prefatus Jacobus nunc in noſtri etate perfecta, et poſt noſtram ultimam Generalem revocationem Omnium Donationum, per nos in noſtri minore etate factarum, non vi aut metu ductus, nec errore lapſus, ſet ſua mera et ſpontanea voluntate, in manus noſtras per fuſtem et baculum, Apud Edinburgh perſonaliter ſurſum reddidit pureque ſimpliciter reſignavit, ac totum Jus et Clameum que in dicto Comitatu tenentibus tenandriis et eccleſiarum advocationibus habuit, ſeu habere potuit, pro ſe et heredibus ſuis Omnino quiete Clamavit imperpetuum, ſuper eiſd. ad noſtre libitum voluntatis diſponend. nos igitur poſt reſignationem hujuſmodi et poſt dictam noſtram generalem revocationem, ut premittitur, factam, Conſiderantes gratuita et fidelia ſervitia nobis a longo tempore per dictum avunculum noſtrum impenſa, et ſuam fidelem ac Continuam perſeverantiam in eiſdem, ac pro ſuis ſervitiis nobis impendendis Dedimus, Conceſſimus et Confirmavimus hereditarie, ac tenore preſentis Carte Damus, Concedimus et hereditarie Confirmamus nunc in noſtri perfecta etate exiſtentes, eidem Jacobo totum et integrum dictum Comitatum, ac omnes et ſingulas terras, cum tenentibus Tenandriis Eccleſiarum Advocationibus et ceteris pertinentiis ejuſdem. tenend. et habend. totum et integrum predictum Comitatum de Buchane, ac omnes et ſingulas terras, cum tenentibus tenandriis et Eccleſiarum Advocationibus et ceteris pertinentiis dicte Commitatus, dicto Jacobo et heredibus ſuis maſculis de Corpore ſuo legitime procreatis, ſeu procreandis; quibus forte deficientibus, nobis

nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris in feodo et hereditate imperpetuum, per omnes rectas metas ſuas antiquas et diviſas, pro ut jacent in longitudine, et latitudine, in boſcis planis moris mareſiis viis ſemitis aquis ſtagnis revolis pratis paſcuis et paſturis molendinis multuris et eorum ſequelis aucupationibus venationibus piſcationibus petariis turbariis Carbonariis Lapicidiis lapide et Calce fabrilibus braſinis brueriis et geneſtis cum Curiis et earum exitibus herezeldis bludewetis et merchetis Mulierum cum furca et foſſa ſok ſak thol theme infang thief et out fang thief cum Tenentibus Tenandriis et libere tenentium Serviti:s, ac cum Eccleſiarum et Capellarum Advocationibus, ac cum Omnibus aliis et Singulis libertatibus Commoditatibus et aſiamentis ac juſtis pertinentiis quibuſcunque, tam nominatis, quam non nominatis, ad dict. Terras et Comitatum, cum tenentibus tenandriis et Eccleſiarum Advocationibus Spectantibus, ſeu quoviſmodo juſte ſpectare valentibus in futurum: et adeo libere quete plenarie integre honorifice bene et in pace In Omnibus, et per Omnia, ſicut aliquis comes vel comites quicunque de Buchane ipſum comitatum, cum pertinen. Retroactis temporibus tenuit, ſeu poſſedit, tenuerunt ſeu poſſiderunt; In Cujus rei Teſtimonium, preſenti Carte noſtre magnum Sigillum noſtrum apponi precepimus; Teſtibus Reverendis in Chriſto Patribus, Joanni Epiſcopo Glaſguen. Willielmo Epiſcopo Moravien. noſtri ſecreti Sigilli Cuſtode, Thoma Epiſcopo Aberdonen. Dilectis Conſanguineis noſtris Andræa Domino Avendale Cancellario noſtro, Colino Comiti de Ergile, Domino Compbell et Lorne Maigſtro Hoſpitii noſtre, David Comiti de Crawfurd, Domino Lindſay, Jacobo Domino Hamilton, Johanne de Colquhoun de eodem Militi, Magiſtris Archibaldo Whytlaw Archidiacono Laudone Secretario noſtro, et Alexandro Inglis Cancellario Aberdonen. Clerico noſtrorum Rotulorum et Regiſtri; Apud Edinburgh Duodecimo die menſis Octobris, Anno Domini Milleſimo quadrigenſimo ſeptuageſimo ſeptimo, et Regni noſtri Decimo Octavo.

III.

Carta JOANNIS Comitis de BUCHAN, 1547.

MARIA, Dei Gratia, Regina Scotorum, Omnibus probis hominibus totius terre, ſue Clericis, et Laicis, Salutem; Sciatis nos, cum aviſamento conſenſu et Auctoritate noſtri Conſanguinei et tutoris Jacobi Aranie Comitis Domini Hamiltoun Regni noſtri protectoris et gubernatoris, Dediſſe, Conceſſiſſe, et hac preſenti Carta noſtra, Confirmaſſe hereditarie, dilecto noſtro Johanne Stewart filio et heredi apparenti predilecti noſtri conſanguinei Johannis Comitis de Buchane Domini de Ouchterhouſe, et heredibus ſuis ſubſcript. et aſſignatis Omnes et Singulas terras baroniam et Dominium de Glendowequhy, ac Caſtrum de Banff, cum ſuis annexis ſubſcript. viz. Terras Baroniam et Dominium de Ouchterhouſe, cum caſtro fortaliis molendinis annexis et pendiculis earund. terras et baroniam de Eſſe, viz. Caſtletown Ailhous et terram B. 30. No. 139.

terram Braſinariam de Eſſe, novum molendinum Balkery, cum molendino Glenquhariteis Balgrugo et Direland de Eſſe, Terras et baroniam de Nevay, terras de Petdynny jacent. in baronia de Cathans, cum omnibus ſuis pertinent. jacent. infra Vicecomitatum noſtrum de Forfar, Terras et Baroniam de Montblary, cum Piſcariis, Silvis et Molendinis earund. viz. Terras vocat. Weſtrynn, terras de Newtoun, cum Molendinis et Silvis earund. Terras de Todlaw, cum parca lie park, Terras de Quihitefield, Terras de Smeddytoun de Montblary, tertiam partem et quartam partem terrarum de Haltoun de Montblary, cum tribus quarteriis, et bina parti alterius quarte partes dict. terrarum de Haltoun de Montblary, Terras Dominicales de Auchinbady, cum molendino et piſcaria earund. Terras de Stanelie Auchindbady Terras de Ryland cum ſilvis et molendino earund. Terras de Tullo cum molendino earund. Terras et Baroniam de Glendowequhy alias Down, viz. Terras Dominicales de Down, cum molendino piſcariis in aquis recentibus et ſalſis, et Terra braſinaria earund. Terras de Mackies, cum lie outſet Molendino et piſcaria earund. Terras de Fortre, cum Molendino et outſet earund. Terras de Mountblatoun, et lie outſetis earund. Salmonum piſcariam de Kains net aſſiſ. laxam in aqua de Dovern Cragſhot in mare prope villam de Banff, dictum caſtrum de Banff, cum lie Caſtlehill et ortis ejuſd. officia vicecomitis et Coronatoris vicecomitatus noſtri de Banff, Terras de Petgar, cum molendino earund. Terras Mynone et Cartrylzie, Terras de Colane, cum omnibus ſuis pertinen. jacen. infra dict. vicecomitatum noſtrum de Banff, terras at Baroniam de Glencuthill, viz. villam et molendinum de Glencuthill, Terras de Auchtmedden, cum piſcaria earundem, Terras de Irichbreck, Terras de Salt Cottis, Terras de Towy et Petinacalder, Molendinum de Grandoun infra Baroniam ejuſd. acram terrarum jacen. in baronia de Cartlyzer, Terras de Balmadois jacen. in Baronia de Grandoun, Terras de Glaſcofores, terras et baroniam de Cartrylzer, cum omnibus ſuis pertinen. jacen. infra vicecomitatum noſtrum de Aberdine, prenominatis Terris Dominio et baronie de Glendowequhy perprius unit. et annexat. Cum turribus fortaliciis maneriis molendinis piſcariis ſilvis nemoribus eſchaetis feodis privilegiis ortis pomeriis advocatione donatione et Jure patronatus eccleſiarum et Capellaniarum tenentibus tenandriis et libere tenen. ſervitiis, Omnium et Singulorum terrarum baroniarum officiorum et piſcariarum ſupra ſcript. et ſuis pertinen. terras et baroniam de Kynzawty, cum molendinis tenen. tenan. et libere tenen. ſervitiis earund. et ſuis pertin. jacen. infra vicecomitatum noſtrum de Forfarr antedict. et monticulum nuncupat. *Erliſhill*, cum tenen. tenan. et libere tenan. ſervitiis earund. et ſuis pertinen. jacen. in Comitatu de Buchane, infra vicecomitatum noſtrum de Aberdene antedict. Quequidem terre baronie et Dominium de Glendowequhy, cum ſuis annexis et connexis particulariter ſuperius expreſſat. baronia de Hynzawty et monticulum nuncupat. Erliſhill, cum Caſtris Turribus Fortalyciis molendinis piſcariis aſſis officiis ſilvis partibus pendiculis ortis pomeriis advocatione donatione et Jure patronatus Eccleſiarum et Capellaniarum annexis connexis tenen. tenan. et libere tenen. ſervitiis earund. et omnibus ſuis pertinen. fuerunt dict. noſtri Conſanguinei Johannis Comitis de Buchane perprius hereditarie, et quas eidem per Fuſtum et baculum procuratores ſuos legittimos et literas ſuos paten. in manibus dict. noſtri gubernatoris, tanquam in manibus noſtris, noſtras poteſtatem et auctoritatem virtute officii ſui tutorie habend. reſignationes terrarum de nobis immediate

diate recipien. Apud Sanctum Andream ſurſum reddidit pureque et ſimpliciter reſignavit, ac totum jus et Clameum, que in eiſd. habuit, ſeu habere potuit, pro ſe et heredibus ſuis omnino quiete clamavit imperpetuum; In ſuper cum aviſamento Conſenſu et Auctoritate noſtri gubernatoris predict. pro bono fideli et Gratuito Servitio per prefat. Conſanguineum noſtrum Johannem Comitem de Buchane quond. chariſſimo patri noſtro, cujus anime proprietur Deus, nobis et dict. noſtro Gubernatori noſtro nomine impenſ. et per dict. Joannem ejus filium et heredes ſuos nobis impenden. et pro nonullis pecuniarum ſummis et Compoſitione theſaurario noſtro nomine noſtro per dict. Conſanguineum noſtrum Johannem Comitem de Buchane ſolut. et deliberat, ac pro diverſis aliis Cauſis et Conſiderationibus rationalibus dict. noſtrum gubernatorum moven. de novo infeodamus damus concedimus, ac pro nobis et ſucceſſoribus noſtris pro perpetuo diſponimus et confirmamus, dicto Johanni Stewart, ſuis heredibus et aſſignatis, Omnes et Singulas prenominat. terras Baroniam et Dominium de Glendowequhy, ac *caſtrum de Banff*, cum ſuis annexis et connexis ſubſcript. viz. terras Baroniam et Dominium de Ouchterhouſe, cum caſtro fortalicio molendinis annexis et pendiculis earund. Terras et Baroniam de Eſſe, viz. Caſtletoun Ailhous et terram braſiniariam de Eſſe, novum molendinum Balkery, cum molendino Glenquharites Balrugo et Dereland de Eſſe, Terras et Baroniam de Navay, terras de Petdyn, terras et baroniam de Montblary, cum Piſcariis, Silvis, et Molendinis earund. viz. terras vocat Weſtryn, terras de Newtoun, cum Molendine et Silvis earund. Terras de Todlaw, cum parca lie park, terras de Quhitefield, terras de Smeddetoun de Montblary, tertiam partem et quartam partem terrarum de Haltoun de Montblary, cum tribus quarterius et bina parte alterius quarte partis dict. Terrarum de Holtoun de Montblary, terras Dominicales de Achinbady, cum Molendino et Piſcaria earund. terras de Stonlie de Achinbady, terras de Ryland, cum ſilvis et molendino earund. terras de Tullo, cum molendino earund. terras et baroniam de Glendowaqhy, alias Down, viz. Terras Dominicales de Down, cum molendino piſcariis in aquis recentibus et ſalſis et terra braſinaria earund. terras de Mekeis, cum lie outſet molendino et piſcaria earundem, terras de Fortre, cum molendino et lie outſet earund. terras de Montblatoun, et lie outſet earundem, ſalmonum piſcarium de Kaims, net aſſiff. laxam in aqua de Dovern Cragſhot in mare prope villam de Banff, dict. caſtrum de Banff, cum lie Caſtlehill, et ortis ejuſd. officia Vicecomitis et Coronotoris dict. Vicecomitatus noſtri de Banff, terras de Petgar, cum molendino earund. terras de Mynone et Catrylzer terras de Colane, terras et baroniam de Glencuthill, viz. villam et molendinum de Glencuthill, terras de Achmaddin, cum piſcaria earund. terras de Inchebrek, terras de Sallcottis, terras de Towy et Petinacalder, molendinum de Grandoun infra baroniam ejuſd. acram terrarum jacen. in baronia de Cartrylzer terras de Balmadies jacen. in Baronia de Grandoun, terras de Glaſtaforres, terras et baroniam de Cartylzer prefat. terris baronie et Dominio de Glendewequhy perprius unit. et annexat. cum turribus fortaliciis maneriis molendinis peſcariis ſilvis eſchætis feodis privilegiis ortis pomeriis advocatione donatione et jure patronatus eccleſiarum et capellaniarum tenentibus tenandriis et libere tenen. ſervitiis omnium et ſingularum terrarum barroniarum et officiorum ſupra ſcript. ac omnibus ſuis pertinen. terras et baroniam de Kenrawly, cum molendino tenen. tenan. et libere tenen. ſervitiis earund. et Monticulum nuncu-

pat. Erliſhill, cum tenen. tenan. et libere tenen. ſervitiis earund. et ſuis pertinen. ac totum jus titulum intereſſe et Juris clameum tam petitorium, quam poſſeſſorum, que nos predeceſſores aut ſucceſſores noſtri habuerunt, habuimus, habemus ſeu quoviſmodo ad eaſd. habere vel clamare poterimus, aut ipſarum aliquam partem firmas proficua et devorias earund. elapſſ. et future, ratione eſcheate forisfacture heredum aut tenentium nonintroitus recognitionis alienationis majoris partes baſtardie purpreſture diſclamationis ultime heredis ſeu alias quoviſmodo, ob quam quamcunque actionem cauſam vel occaſionem preteritam, aut quocunque alio Jure titulo vel juris clameo renunciando et exonerando eiſd. pro nobis et ſucceſſoribus noſtris prefat. Johanni ſuis heredibus et aſſignatis imperpetuum, cum ſuplemento omnium defectuum, tam non nominatorum, quam nominatorum, quos tanquam pro expreſſat. in hac preſenti carta noſtra habere volumus. Tenendas et habendas omnes et ſingulas prenominat. terras baroniam & dominium de Glendowcquhy ac caſtrum de Banff, cum ſuis annexis et connexis ſubſcript. viz. terras baroniam et dominium de Ouchterhouſe, cum caſtro fortalicio molendinis annexis et pendiculis earund. terras et baroniam de Eſſe, viz. Caſtellum Ailhouſe, et terram braſinariam de Eſſe, novum molendinum Balkery, cum molendino Glenquherities Balgrugo et Direland de Eſſe, terras et barroniam de Nevay, terras de Petdyny, terras et baroniam de Montblary, cum piſcariis ſilvis et molendinis earund. viz. terras vocat. Weſtryn, terras de Newtoun, cum molendino et ſilvis earund. terras de Todlaw cum parca lie park, terras de Quhitefield, terras de Smiddetoun de Montblary, tertiam partem et quartam partem terrarum de Haltoun de Montblary, cum tribus quarteriis, et bina parte alterius quarte partis dict. terrarum de Haltoun de Montblary, terras dominicales de Achinbady, cum molendino et piſcaria earund. terras de Stanelie de Achinbadie, terras de Ryland, cum ſilvis et molendino earund. terras de Tullo cum molendino earund. terras et baroniam de Glendewoquhy alias Down, viz. terras dominicales de Down, cum molendino piſcariis in aquis recentibus et ſalſis, et terra braſinaria earund. terras de Makies, cum lie outſet molendino et piſcaria earund. terras de Fortre cum molendino et lie outſet earund. terras de Montblatoun, et lie outſet earund. ſalmonium piſcariam de lie Thainiis, net aſſeſſ. laxam in aqua de Dowern Cragſchot in mare, prope villam de Banff, dict. caſtrum de Banff, cum lie Caſtlehill et ortis ejuſd. officia vicecomitis et coronatoris d ct. vicecomitatus noſtri de Banff, terras de Petgar, cum molendino earund. terras de Mynone et Cartrylzer, terras de Colane, terras et baroniam de Glencuthill, viz. villam et molendinum de Glencuthill, terras de Aithmeddin, cum piſcaria earund. terras de Inchebrek, terras de Saltcottis, terras de Towy et Petmacalder, molendinum de Grandoun infra baroniam ejuſd. acram terrarum jacen. in baronia de Cartrylzer, terras de Belmadies jacen. in baronia de Grandoun, terras de Glaſtofores, terras et baroniam de Cartrylzer, prenominat. terris baronie et dominie de Glendowequhy perprius unit. et annexat. cum turribus fortaliciis maneriis molendinis piſcariis ſilvis eſchætis feodis privilegiis ortis pomeriis advocatione donatione et jure patronatus eccleſiarum et capellaniorum tenen. et libere tenen. ſervitiis omnium et ſingularum terrarum baroniarum officiorum et piſcariarum ſupra ſcript. ac omnibus ſuis pertinen. terras et baroniam de Kynzawly, cum molendinis tenen. tenan. et libere tenen. ſervitiis earund. et Monticulum nuncupat. Erliſhill, cum

tenen. tenan. et libere tenentium ſervitiisearund. ac ſuis pertinen. prefat. Johanni Stewart SUIS HEREDIBUS ET ASSIGNATIS QUIBUSCUNQUE, de nobis et ſucceſſoribus noſtris in feodo et hereditate imperpetuum, per omnes rectas metas ſuas antiquas et diviſas prout jacent. in longitudine, et latitudine in boſcis planis moris mareſiis viis ſemitis aquis ſtagnis rivulis pratis paſcuis et paſturis molendinis multuris et earum ſequelis aucupationibus venationibus piſcationibus petariis turbariis carbonariis lignis lapicidiis lapide et calce fabrilibus braſinis braveriis et geneſtis, cum furca foſſa ſok ſak thol theme infang thief outfang thief pit et gallowſs wrak waith wair vert et veniſſoun ac cum privilegio liberarum foreſtarum ubi ſilve et foreſte ſuper prefat. terris et baroniis fuerint aut fore contigerint cum foreſtarum curiis et hujuſmodi curiarum amerciamentis, cum curiis et earum exitibus herezeldis bludewitis et mulierum merchetis, cum communi paſtura libero introitu et exitu, ac cum omnibus aliis et ſingulis libertatibus commoditatibus proficius et aſiamentis ac juſtis ſuis pertinen. quibuſcunque, tam nonnomitis, quam nominatis, tam ſub terra, quam ſupra terram, prout et prope ad predict. terras Dominia baronias et officia ſupra ſcript. cum turribus fortaliciis maneriis molendinis piſcariis ſilvis lie outſettis partibus pendiculis eſchætis feodis privilegiis ortis pomeriis advocatione donatione et jure patronatus eccleſiarum et cappellaniarum tenen. tenan. et libere tenen. ſervitiis earund. et omnibus ſuis pertinen. ſpectan. ſeu juſte ſpectare valen. quomodolibet in futurum libere quiete plenarie integre honorifice bene et in pace ſine aliqua revocatione contradictione aut obſtaculo aliquali, reddendo inde annuatim, prefat. Johannes Stewart ſui heredes et aſſignati nobis et ſucceſſoribus noſtris, jura et ſervitia prenominat. terrarum Dominii baroniam et officiorum ſupra ſcript. cum turribus fortaliis maneriis molendinis piſcariis ſilvis lie outſettis partibus pendiculis eſchætis feodis privilegiis ortis pomeriis advocatione donatione et jure patronatus et eccleſiarum" at cappellenariarum tenen. tenan. et libere tenen. ſervitiis earund. ac omnibus ſuis pertinen. ante prefat. reſignationem nobis debita et conſueta, ſalvo nichilominus et reſervat. prefat. conſanguineo noſtro Johanni Comiti de Buchane, libere tenemento omnium et ſingularum terrarum baroniarum Dominii et officiorum ſupra ſcript. cum turribus fortaliciis maneriis molendinis piſcariis ſilvis partibus pendiculis eſchætis feodis privilegiis ortis pomeriis advocatione donatione et jure patronatus eccleſiarum et capellaniarum tenentibus tenandriis et libere tenen. ſervilis earund. ac omnibus ſuis pertinen. excepr. prenominat. terras de Down, cum molendino piſcariis et pendiculis earund. dicto Johanni Stewart, et Margarete Ogilvie ejus ſponſe in conjuncta infeodatione pertinen. pro omnibus vite diebus prefat. Comitis, una cum rationabili parte Tertia earund. except. prius except. ſponſe ſue que pro tempore fuerit cum contigerit; In Cujus rei Teſtimonium, huic prelente Carte noſtre Magnum Sigillum noſtrum apponi precepimus; Teſtibus ut in aliis Cartis Conſemilis, date preceden. Apud Sanctum Andream, quarto die menſis Auguſti, Anno Domini Mileſimo Quingenteſimo Quadrageſimo Septimo, Et Regni Noſtri Quinto.

That what is wrote on this and the eleven preceding pages is a juſt copy of a Charter on record in his Majeſty's General Regiſter-Houſe at Edinburgh, is atteſted by me, keeper of theſe Records, the ſame being examined, collated, or compared at the ſight and by the aſſiſtance of Robert Jamieſon, Notary Publick.

(Signed) ALEXANDER ROBERTSON,
ROBERT JAMIESON, Not. Pub.

IV.

IV.

Book 48. No. 390.

